DE
PATRE OBAERATO
LIBEROS CITRA CONSENSVM PATERNVM ALIVNDE DEGENTES, FRVSTRA EVOCANTE,

Daß ein Vater, zu dessen Vermögen ein Concursus Creditorum entstanden, seinen Kindern nirgends sonst, als bey ihm, sich aufzuhalten, nicht befehlen kan,

DISSERIT

SIMVLQVE LECTIONES SVAS PRIVATIM HABENDAS

INDICIT

D. FRIDERICVS Gebrecht Stoltze.

LIPSIAE,
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



Digitized by Google

Digitized by Google



QVod omnibus omnino gentibus moratioribus ſanctum longe atque inuiolabile Ius eſt Parentibus competens reſpectu prognatae prolis, id ipſum eo excellentiori gradu in Rebus publicis bene politis viget et ſancte cuſtoditur. Ipſum hoc Parentibus proprium ius in liberos ab ipſo Naturali atque Gentium iure veram ſuam originem petere quis negabit? BOD. *l. d. rep. 4. l. 1. de his qui ſui vel. al.* Et optimis deinde legibus munitum ſtabilitumque eſſe poſitiuis, quis ignorat? §. *2. J. d. patr. pot.* Sontica atque legalis ſane cauſa eſt, eum reuereri, qui poſt Deum autor et conſeruator vitae eſt, eum honorare, qui omnia facit, vt conditio vitae com-

Digitized by Google

commoda ſit eius, quem genuit, qui tam ſancta iuris naturae lege fulcitur, aeque ac ab ipſo Numine, vt ſanctus habeatur, commendatur, *Prov.I. 8.9. et VI,10. Matth. XIX,19.* Non itaque iraſcendum eſt vetuſtiſſimis iuris iſtis Legislatoribus atque ICtis, quod ipſis his nixi rationibus tam amplum in liberos ſtatuerint imperium parentibus, tamque laxos patriae poteſtatis Effectus. Siquidem enim non vnus erat horum effectuum modus, ita non ſola reuerentia liberos decens, hunc effectum abſoluebat, qui perſonalis dici poteſt. *l.5. C.d.patr.pot.* Sed plures ſunt iſto multo maiores. Ita integrum erat Patri priſcis temporibus, jus patrium in liberos 1) vſque ad internecionem eorum extendere *l.vlt.C. d.patr.pot.* 2) liberos offerre iudici dicturo ſententiam, quam pater velit *l.3. C. d. patr.pot.* 3) diſtrahere liberos ſanguinolentos in caſu ſummae neceſſitatis *l.2. C.d.patr.qui liberos ſuos diſtr.* expoſcere 4) alimenta egeſtate a liberis praeſtanda *l.5.et ſqq. ff. d.agn.et al.lib.* Pari ratione inſignes effectus deinde Patri competunt reales, inter quorum numerum referas 1) acquiſitionem per liberos. Prorſus enim nullo dominio in nulla re, quod antiquiſſimum Romanorum ius attinet, liberi gaudebant,

debant, vſque dum procedente tempore hunc ſanciendi rigorem admittendi facilitate varii generis peculia temperauere, 2) fictionem vnitatis, 3) facultatem nomine liberorum agendi in iudicio, *l. 1. C. d. bon. matern.* 4) ius pupillariter ſubſtituendi, 5) in teſtamento tutores dandi et denique 6) liberos vindicandi *l. 1. §. 2. d. R. V. l. 1. §. 1. d. lib. exh.* ILLVST. BERGER. *in Oecon.* Sicuti autem res expedita eſt, iuri Germanico praedictos patriae poteſtati tributos effectus non omnes cognitos fuiſſe, praeterquam enim, quod iſtud crudele ius vitae et necis nec non ius diſtrahendi liberos inſtar ſeruorum denegaret, ita quoque effectum acquirendi patri et fictionem vnitatis mire ſed omnino iuſte temperauit. Quanquam autem longe abeſt, vt tantum Parentum ſanctum ſemper habitum cultumue ius limitare vellem, vt potius idem iuſtiſſimum collaudauerim, attamen non ea propter indignationem merebor, ſi quod nunc pro iuſtitiae modo parentibus denegandum leges ſanxere pro natura propoſitae quaeſtionis ventilaturus ſum. *Quaeritur an Pater oberatus liberos vt in ſua familia morentur, iubere atque ſic ipſo inuicto aliunde degentes iure euocare poſſit?* Non incognita eſt primis Romanis ſueta atque pri-

uatis relicta in ius vocatio, quae tamen vtr ab ipsa citatione, quae fiebat, quando dies cognitionis dictus erat, per praeconem *l. 73. ff. d. iud.* differebat, ita saltim, vt daretur aliquid rigidioribus qui eo tempore erant ex tot tamque variis gentibus ex Latio, Tuscia, Phrygia, Arcadia etc. confluxae Romanae Societatis, moribus permissam esse creditur, et quam diu durauit ex rubrica et legibus ff. colligere est. RITTERSH. *ad LL. XII. Tab. p. 3. cl. 3. c. 1.* BARNAB. BRISS. *l. 5. d. form. et Sol. P. R.* Hanc citationem priuatam hodie secus se habere, et non nisi mediante iudice competente fieri posse tralatitium est. Pater itaque, qui liberos cogere vult, non sua, qua pater pollet, sed iudiciali autoritate hodie id explet. Ius personarum est, quod actiones producit praeiudiciales *§. 13. I. d. act.* Et sicuti status est vel naturalis vel Ciuilis, inter ciuilem vero et status familiae et inter hunc status cognationis refertur, ita patri vi imperii domus atque potestatis patriae contra filium datur actio, qui se talem esse negat, vel pro emancipato se gerit. ILLVSTR. BERG. *de Vsu act.* Idem operatur Interdictum de liberis exhibendis in lege *5. ff. h. t.* praescriptum *et l. 1. §. 2. d. R. V.* comprobatum, si ex Lege Quiritium petatur filius. Fundamentum

tum

tum actionis a parte actoris in iure paterno et filiationis consistit: Daß Klr. Bekl. Vater sey, ex parte rei, daß Bekl. Klrn. vor seinen Vater nicht erkennen wolle, inde petitio: Daß Klr. vor Bekl. Vater zu erklären und Bekl. zu Leistung alles Kindlichen Gehorsams anzuhalten. Et distinguit praed. Ill. BERGERVS hanc actionem in absolute vel certo respectu talem, haec daretur contra filium, qui se pro emancipato gereret, illa qui filium se esse neget. Eundem effectum producere dixi Interdictum de liberis exhibendis *in l. 5. ff.* a Praetore excogitatum, cum hac saltim limitatione, vt hoc non aduersus liberos, sed contra eos detur, qui dolo faciunt, vt liberos apud illos sint. Nunc diiudicare integrum erit, an in casu, vbi filius familias sponte sua aliunde moratur, vel praedicta actione praeiudiciali, vel Praetorio Interdicto vindicari possit? Primo intuitu vtique affirmares, vtroque remedio in casu proposito patrem experiri posse, praesertim secundum Illustr. BERGERI doctrinam, qui hanc actionem praeiudicialem pro certo respectu, et ad liberos, qui se pro emancipatis gererent extendit, Interdictum vero Praetorium quod attinet, hoc intendat, vt salua vbique esset patria potestas, cuius inter effectus et obedientia et reuerentia

Digitized by Google

tia Parentibus a liberis debite praestanda referri debeat. Verum enim vero, quia actiones praeiudiciales tantummodo status conditionem declarandam intendunt, et dehinc subsecuta actione personali, quae reliqua attribui debeant, expetenda sint, Interdictum Praetorium autem casum praesupponit, vbi filius dolo alterius in patria potestate esse desiit, ideoque in casu, quando filius non ex alterius voluntate, sed sua sponte commoratur inutile prorsus Interdictum hoc est *per l. 5. ff. ibid.* Ita statuo in casu praesenti neque actionem praeiudicialem, quia filius familias filiationem non negat, neque Praetorium Interdictum, quia filius magis apud se, quam apud eum est, in quem interdicetur *l. d. 5.* et liberam abeundi facultatem habet, locum habere sed nudam moribus introductam implorationem iudicis institui debere: **Daß die Tochter zum Nachtheil der Familie, sich an einen unanständigen Orte, wieder des Vaters Willen aufhalte, und also in des Vaters Hauß zurück zu kehren anzuhalten sey.** Non adeo leuis decisio est, *an liberis extra familiam esse inuito patre integrum sit?* nisi separentur casus speciatim. Hic supponimus patrem familias, qui nullo modo impeditur, quo minus ius patriae potestatis in coercendis

dis

Digitized by Google

dis liberis exercere possit. Et ita in regula respondemus negando. Rationes sunt sequentes: 1.) obligantur Parentes iure naturali ad liberos alendos educandosue PVFF. *d. I. N. et G. l. 6. c. 2. §. 1.* et minus officium suum hac in parte explere poterunt, nisi facultas liberorum actiones coram dirigendi ipsis competat. GROT. *d. Iur. B. et P. l. 2. c. 5.* 2.) Interest reipublicae, vt nata proles ad socialitatem et ad obseruantiam legum assuefiat, quod non tam solide fiet, si indistincte vagandi arbitrium liberis impune concederetur. 3.) Splendor et ordo familiae conseruandae requirit, vt illi pareant familiae capiti, sub cuius tutela seruantur. 4.) Semper liberis persona Parentis sancta esse debet atque honesta *l. 1. §. 2. l. 9. et 10. ff. d. obsequ. par. et patr. praest.* 5.) Pater pro liberis optimum consilium cepisse creditur *l. 7. C. d. Cur. fur. l. 22. §. 1. ff. ad L. Iul. d. adult.* Ex quibus principiis et hodierni mores et leges iuris positiui permittunt Patri vi patriae potestatis liberos, quos castigare modice potest. *l. vn. C. d. emend. propinqu.* et iisdem praecipere atque iubere vt in sua familia nec citra suum consensum extra eandem morentur, *Const. El. 10. P. 2.* Quid? Quod? si qualitates personarum atque circumstantiarum paulo penitius reputabis, et modo aetatem pupillarem seu minorennem, sibi

non constantem, modo sexum imprimis foemininum, quo fragile virginitatis vas tenetur, et qui secundum EVRIPIDIS dictum patri *alias laboriosa possessio et molesta custodia est*, modo mansionis locum, qui suos patitur forte casus, siue finem, qui iste plerumque est, vt liberius sibi indulgere liberi possint, siue denique modum factae secessionis, qui saepe saepius clam atque prorsus indecore institutus fuit iuste considerabis semper pro patre ferenda erit sententia. Tanti attamen haec argumenta ponderis non sunt, vt regulam faciant, quae omni exceptione liberaretur. Vt etenim taceam hanc iustam secessionis causam, si Pater durius contra pietatem liberos habuit, si illos prostituit, si illos exposuit, si aegrotantes deseruit, si alimenta ipsis praestanda destituit, hanc tantummodo allegabo causam, qua liberi vel boni publici, vel suae ipsius fortunae gratia a Patre secedunt, sese separant aliorsumue migrarunt. Ita filius, qui inuito patre militiam secutus, idemque qui in alio loco studiorum seu artium liberalium addiscendarum gratia versatur, frustra a Patre euocatur *l. 36. ff. ad mun.* Filia et inuito patre nupta viro non exhibetur *l. 1. §. 5. ff. d. lib. exhib.* Quod si haec procedant contra statum paternum integrum, quid quaeso statuendum de patre, qui obaeratus, qui

Digitized by Google

qui debitor communis exiſtit? Et non ambigo negare Patri obaerato competere ius cogendi liberos vt in familia atque domo ſua maneant, vt potius affirmem, neque Patrem aſſignare poſſe locum, vbi alibi morari debeant. Hoc equidem adſtruere non intendo, patrem, qui bonorum ſuorum iacturam vel etiam culpa ſua patitur, amittere patriam poteſtatem, quia ſaltim hoc, vt deturbato ſtatu domeſtico : et familiae ordine limitari poteſtatem eiusdem aliquo modo, firmiter crederem. Mutatio manſionis ſeu domus non eſt mutatio domicilii *l. 20. ff. de munic.* Et nihil eſt impedimento, quo minus quis vbi velit, habeat domicilium *l. 31. d. t.* permittit, quo magis domum mutare quod minus eſt, vnicuique liberum erit? Non, fateor, me latet, et hic dari caſus, vbi mutatio domicilii vti in pupillo *l. 1. ff. vb. pup. ed. vel mor.* nec non in hominibus propriis *Rec. Imp. d. a. 1555.* quibus addit PEREZ. *ad tit. C. de inc. ret.* furioſos et mente captos iuris arbitrii non ſit, et praemiſſae regulae de patre prohibente id ſatis comprobant, vbi autem ratio prohibitionis in dominante ceſſat, ibi arbitrium parentis non amplius ligatur. Non admittit anguſtia paginae, quo minus fuſius de obaeratis verba faciam. Hoc tantummodo intelligi volo, talem me ſupponere obaera-

aeratum, qui debitis vltra vires opum ſuarum eſt obrutus. Non video differentiam proficuam eſſe in hac materia ſiue caſu, ſiue culpa hoc acciderit. Nulla res vehementius rem publicam continet, inquit CICERO *l. 2. de offic. c. 24.* quam fides, ſed haec eſſe nulla poteſt, niſi ſit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. Intolerabilis fere poena debitoribus inde erat, quam conſtituebant *LL. XII. Tabb.* Ita locus ex FVLVII VRSINI *Collectione fragmentorum ex edit. Oxonienſi habet: Tertiis nundinis ſi interea pactus non ſit, capitis poenas dato, aut trans Tyberim venum ito, et ſi plures forent, quibus reus eſſet, iudicatus, tertiis nundinis partes ſecanto.* Licet autem nouiorum interpretum opiniones, hanc ſectionem non proprie accipiendam eſſe, doceant, ſed ſaltim pro publica auctione defendant BYNKERSHOEK. *Obſ. 1. teſte* FESTO, de hoc tamen non dubitandum eſt, debitorem in perpetuam ſeruitutem detruſum eſſe. Quicquid ſit, hoc nullus negat debitoris familiam ex tanto bonorum lapſu, qui nonnihil et famam titillat deſtrui quam maxime atque diſturbari prorſus. Cedunt omnia eius bona, quae ſuperſunt maſſae communi, ni mature ſtatum egenum et ſonticam decrementi cauſam iudici detulerit aut extorris aut captivus eſſe debet. *Mandat. El. d. a. 1724. de Ban-*

Bancor. Desinit esse verus pater, quia alere liberos desinit. Quis non videt mutatum familiae statum? Quando vlterius deinde accedit, quod nullo domicilio gaudeat, non impetrato saluo conductu, quis liberos in domo patris esse debere asserere vellet? Sane ita est omni dubio procul, liberos a patre obaerato et ipso inuicto, aliunde, modo honeste, degentes, euocari non posse. Neque dubito, quin ipsis nihilosecius in quantum facultatis permittant, pater alimenta praestare debeat, illosque eapropter, quod alienam mansionem elegerint, tanquam ingratos exhaeredare, si forte propitiorem fortunam nacturus esset, non possit. Quae dixi, sententiae ab Illustr. Ordin. ICtorum Lips. nuper mihi quaerenti data, confirmabo et deinde paucis propositum de lectionibus meis futuris proponam:

P. P. **Obwohln ein leiblicher Vater, vermöge der Rechte**, aduersus quosvis, qui liberos, quos in potestate habet, detinet, **auch so gar wieder deren Mutter**, licet causam detentionis praetendat, **das** Interdictum de liberis exhibendis et ducendis **an**-

 zustel-

zustellen befugt, daher der Sulpitiae, daß sie sich zu einen ihrer Anverwandten begeben so wenig, als daß selbige Maiorenn zu statten kommen mag, gestalt dadurch die väterliche Gewalt nicht aufhöret, auch einer unverheyratheten Tochter, eigenmächtig aus des Vaters Hause zu scheiden, und durch Anstellung ihrer Haußhaltung sich der väterlichen Gewalt zu entbrechen, so schlechterdings nicht nachgelassen, sondern in der Const. El. X. P. 2. nebst der Institutione separatae oeconomiae, auch daß die Kinder Nahrung treiben, und was eigenes anzufangen vermögend; Dennoch aber und dieweil zu des Vaters Wenceslai Vermögen ein Concursus Creditorum entstanden, und derselbe, weiln er sich dem Banquer. Mandat gemäß nicht bezeiget,

Digitized by Google

zeiget, kein sicheres Geleite erhalten, mithin keinen gewissen Auffenthalt und Domicilium hat, am allerwenigsten im Stande der Tochter die benöthigten Alimenta zu verschaffen, im übrigen einer Mutter in vindicandis liberis gleiches Recht mit einem Vater nicht gebühret,

So mag Sulpitia gestallten Sachen nach sich zu ihren Vater Wenceslaum oder der Mutter zu begeben, und bey ihm zu wohnen wiederwillig nicht angehalten werden, sondern es stehet derselben frey, entweder bey ihren Anverwandten zu verbleiben, oder sonsten anderswo ihren Auffenthalt nach eigenem Gefallen zu nehmen.

Praelectiones priuatas post Dom. Rogate die 31. Mai. inchoandas ita instituere animus est:

I. In-

Digitized by Google

I. Inſtitutiones Iuſtinianeas intra ſemeſtre abſoluendas explicando ita aggrediar, vt cognitionem iuris antiqui cum vſu moderno coniungam.

II. Lib. ff. ad ductum Schoepfferi explicabo.

III. Diebus Mercurii et Sabbathi collegium proceſſuale ſeu Elaboratorio Practicum habebo. In hoc cum debita proceſſus varii cognitione et modum relationis Actorum docebo.

IV. Iisdem diebus Deciſiones Elect. Sax. Nou. enucleabo, qui labor vti iucundus ſatis, ita imprimis futuris Practicis Saxonicis non contemnendam vtilitatem feret.

V. Iisdem diebus Collegium iuris Criminalis inſtituam.

VI. Diſputationes priuatas ſecundum ſeriem Inſtitutionum titulorum hucusque habitas, gratis continuabo.

De horis hiſce laboribus dicandis conueniamus coram. P.P. Lipſiae poſt Feſtum Paſchatos a. r. o. MDCCXXXIV.

* * *

ɸ1147370o

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google